Sikorski Chłopeckim Coniugibus Debet

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus Generosus Gabriel Sikorski sanus mente et corpore existens a terris districtibus et iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique iurisdictioni castrensi capitaneali Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosis Christophoro Chłopecki et Annae coniugibus legitimis ac eorum posteris summam duorum millium et quingentorum florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique per se recognoscentes apud ipsos pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam duorum millium et quingentorum florenorum polonicalium idem Dominus Generosus Gabriel Sikorski se ac suos successores ac super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascriptis Generosis Chłopeckim coniugibus eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus in festo proxime Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio actisque praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus realiter et cum effectu reponere et relinquere repositamque et relictam eamdem ab eodem officio non esse levare nec arrestare vel alio quovis modo impugnare. Idque sub vadio similis summae duorum millium et quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per eundem recognoscentem Generosum Gabrielem Sikorski sive ipsius successores suprascriptis Generosis Chłopeckim coniugibus aut eorum posteris ob non solutionem summae praefatae principalis et liberatalis debiti pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Insuper memoratus Dominus Generosus Gabriel Sikorski se ac suos successores et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascriptis Generosis Christophoro Chłopecki et Annae Gilewska coniugibus legitimis eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus Generosam Zuzannam Cantorem suam legitimam debite evocatam necnon successores ipsius cum consistentia sui recognoscentis et duorum suorum ipsius de linea paterna proximiorum ad consentiendum pecuniam super inscriptionem praesentem deliberandum de bonis suis reformatoria et advitalitiali ac alio quovis a se recognoscente habito ad acta praesentia castrensia capitanealia Premisliensia ante elevationem ipsius summae adducere et personaliter statuere. Abeque vel ab eis praemissa

exequatur officere sub vadio simili et speciali vadio duorum millium et quingentorum florenorum polonicalium per eundem Dominum Generosum Gabrielem Sikorski sive ipsius successores memoratis Generosis Chłopeckim coniugibus creditoribus suis eorumque posteris ob non statutionem praenominatae Generosae coniugis suae pro tempore et loco supraexpressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendaque praemissis citatus existens memoratus Dominus Generosus Gabriel Sikorski sive ipsius successores ad instantiam suprascriptorum Generosorum Chłopeckich coniugum legitimorum creditorum suorum aut eorum posterorum ad officium praesens castrense capitaneale Premisliense ex tunc recessu supra scripto quoad res pendentes spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare debet parere desperandus vadia praestare laesisque parti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat. Eadem terminum primum per exceptionem et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos semper peremptorios vera infirmitate pro manu iuri nec commutare succurrum ligatione citra vel extra Regnum servitio militari ad recuperationem ad bellum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem ultra praeximos terminos officii praefati castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenae simplicibus vel triplicatis citationibus seu personalibus seu aliis iuris praescriptione terrestri bello concurrentibus tum aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Cziepliński Sikorskiemu Tenetur

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus Generosus Ioannes Cziepliński sanus mente et corpore existens a terris districtibus et iurisdictionibus suis dominiisque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique iurisdictioni castrensi capitaneali Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Gabrieli Sikorski eiusque posteris summam mille florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique per se recognoscentem apud ipsum pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam mille florenorum polonicalium memoratus Dominus Generosus Ioannes Cziepliński se ac suos successores ac sup